



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Clemente VII. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

erus Vorstius Episcopus Aquensis, Andreas Castillo scriptor Apostolicus ex testamento posuere. Vixit annos 70. mortem obiit 1534.

A CLEMENTE VII. CREATI.

BENEDICTVS ACCOLTVS Aretinus Cardinalis, ad quem Bembi, Sadoleti, Pauli Manutij, & Cælii Calcagnini plures leguntur Epistolæ, omnem penè Ciceronis phrasin, vt ex eius operibus liquet, assecutus est; nec minore felicitate numeros latinos attigit, doctos summopere coluit, præsertim Picum Mirandulanum, Molzam, Pierium Valerianum, Vbalinum, Octauium Pantagathum, Giraldum, Paulum Manutium, Robertellum & alios: scripsit autem purgatissimè De bello sacro libros 4.

Libellos quosdam vt refert Giraldus.

Epistolas multas, quarum quinque habes inter Epistolas clarorum virorum & illas Sadoleti.

Carminaque mirâ concinnitate cõposita, quinque Etruscorum Poetarum carminibus partim indita. Obiit Florentiæ anno 1549. ibidemque sepultus est.

ANTONIVS DE PRATO, ex Archiepiscopo Senonensi & Galliarum Cancellario Cardinalis, scripsit Acta Senonensis Synodi, vltimo Conciliorum tomo inserta.

Orationesque aliquot, vt notat Franciscus à Cruce Cænomanensis. Iacet in Cathedrali Senonensi cum hoc Epitaphio.

Q

A la perpetuelle memoire de la vertu & heureuse fidelité de
 Tres-illustre & Reuerendissime Monsieur Anvoine par la
 permission diuine Cardinal du Prat Archuesque de Sens, Legat
 en France pour le S. Siege Apostolique : Chancelier de France,
 de Bretagne, de Milan, & de l'ordre du Roy, lequel ayant esté
 donné en ses ieunes ans au bon Roy Loys xij. pere de la patrie, par-
 uint aux honneurs & dignitez d'Ambassadeur, & de Conseiller
 au priuè Conseil, & depuis regnant le magnanime & tres-Chre-
 stien Roy François premier, restaurateur des arts & sciences, fut
 ledict Seigneur Reuerendissime Chancelier de sa Maiesté, & chef
 de son Conseil, & finalement le premier en ce Royaume, non seu-
 lement en l'autorité de la Iustice, mais aussi en la supreme dig-
 nité du Pontificat, au temps du Pape Clement vij. & se trouuât
 aagé de lxxij. ans, deceda en son Chasteau de Nantoillet le ix.
 iour de Iuillet M. D. xxxv. Hault & Puissant Seigneur Mes-
 sire Antoine du Prat son neveu en directe ligne, Seigneur de Nā-
 toillet, & de Precy, Cheualier de l'ordre du Generoux & inuin-
 cible Roy Charles ix. Conseiller & Chambellan de sa Maiesté,
 Preuost de Paris meü de deuotion & affection de satisfaire au de-
 uoir & office d'un tres-humble fils & neveu, à faict mettre &
 apposer ce tableau & Epitaphe ioignant ceste sienne sepulture, que
 luy fit construire & eriger feu Monsieur le Preuost de Paris son
 Pere, fils dudit Seigneur Legat que Dieu absolue.

FRANCISCVS QVIGNONES ord. Minorum
 Hispanus filius Comitis de Luna, ex Episcopo Cauri-
 ensi Cardinalis

Breuiarium quoddam perbreue composuit, à Pio
 quinto abrogatum & antiquatum. Obiit Ve-
 rulis anno 1540. Iacetque Romæ in æde S. Cru-
 cis in Hierusalem cum hoc Epitaphio.

Franciscus Quignonius Cardinalis Sanctæ Crucis, de morte ac resurrectione cogitans viuens sibi posuit.

HERCVLES GONZAGA Francisci Mantuæ Marchionis filius Cardinalis, cuius iuuentę rudimentis Petrus Pomponatius affuit, vt tali excultore adolesceret, præceptoris pietatem longo interuallo superauit, eiusque in Philosophicis eximie peritiæ prosperè proximauit: scripsit

Epistolas plures.

Elegantissimamque orationem in Concilio Tridentino habitam. Obiit anno 1563. Mantuæque iacet cum hoc Epitaphio.

Herculis Gonzagæ Cardinalis & Episcopi Mantuani magni Consilij, magnæque prudentiæ viri dum sacro Concilio Tridentino præsidet vitâ functi cadauer.

HIPPOLITVS MEDICES Cardinalis Pierij Valeriani auditor, Patruī Leonis x. effusionem penitus retulit, nec non vetere, atque insitâ Mediceæ familiæ erga literatos munificentiam illustris literarum pater habitus est, quo nomine sub idem ferè tēpus, literis apud Gallos renascentibus, Franciscus Turnonius Cardinalis apud Gallos inclaruit, è cuius familia Dyonisius Lābinus, Petrus Danesius, Augerius Ferrerius, Guillelmus Rondeletus, Vincentius Laureus postea Cardinalis, Domitius Coroneus, Hieronymus Fundulus, Ioannes Darcus, Donatus Iannotius, Guillelmus Torodes, Claudius Binetus, & alii multi prodire.

Virgilij Æneidos librum 2. Etrusco carmine lepidissimè reddidit.

Proloquia Hipocratis ab arte medica in vsum

bellicæ disciplinæ æmulatione felicissimâ
 transtulit, vt Iouius in Elogiis author est.
 Epistolasque ad Sadoletum & alios multos, nec
 non varia scripsit carmina. Romæ iacet in
 æde S. Laurentii in Damaso cum hoc Epita-
 phio.

*Hippolito Medici Cardinali S.R.E. Vicecancellario, eximij
 corporis ac ingenij, fortuneque muneribus ornatissimo, qui cum ab
 tantararissimarum virtutum indole ad Leonis x. Clementisque
 7. Patruorum Pontificum gloriam contendit, acerbissimâ morte
 surripitur anno salutis 1535. Idibus Augusti, ætatis 24.*

ANTONIUS PUCCIUS Florentinus ex Episcopo
 Pistoriensi Cardinalis Theologus insignis, scripsit
 De Eucharistia Homilias 14.
 Rithmos Octonarios elegantissimos.
 Orationemque in Concilio Lateranensi habitâ.
 Romæ iacet in æde S. Marię supra Mineruam
 cum hoc Epitaphio.

*D. O. M. Antonio Puccio Episcopo Sabinensi Cardinali
 Sanctorum Quatuor, Maiori Pœnitentiario, moribus & religio-
 ne, ac in omnes probos liberalitate singularissimo, qui vixit annos
 60. dies 4. Robertus Puccius Cardinalis Sanctorum Quatuor
 maior Pœnitentiarius fratris filio iuxta Clementem Papam septi-
 mum à quo purpuram acceperat, sepulchrum faciendum curauit.
 Mortem obiit anno 1544.*

A PAVLO III. CREATI.

NICOLAUS A SCHONBERG Germanus Cardi-